



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

67. Visione Christi Patientis in aulâ Caiphæ ad amandum, colendum,
imitandum Crucifixum inflammatur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

recordatio: petrae scissio, cordis est cō-
 punctio Bis Moyses percussit silicem, & *Memaria*
 tunc primum profudit aquam. Primus *Crucifixi.*
 ictus pertinet ad Passionis Christi me- *Compas-*
 moriam, secundus ad Passi compassio- *sio.*
 nem. Iudæus Silicē semel percutit, quia
 Christum Passum quandoque cogitat;
 sed non compatitur, & ideo cor eius
 scindi non potest ad lacrymas, quibus
 abluat sua peccata.

Tu verò si cogitationi compassionē
 addideris, Petram bis percuties, & vix
 esse poterit, quin cor tuum scindatur ad
 compunctionem, & flumina lacrymarū
 inde erumpētia per oculos exeāt, atque
 per maxillas decurrentia quasi in sicco
 flumina etiā impetu suo terrā infundāt.

*Veraque
iungenda.*

Cassiodorus lib. 8. histor. memorab. cap. 12.

IV.

AMATRIX CRUCIFIXI

*Visione Christi Patientis in aula Caiapha
 ad amandum, colendum, imitandum-
 quē Crucifixum inflammatur.*

67.

VIRGO quædam, RICHMYNDIS NO. RICH-
 mine habitu secularis, sed vitā re- MYNDIS.
 ligiosa valdē ac spiritualis, ieiunijs
 & obsecrationibus semper vacabat,
 mente

mente sapissimè excedens, ita ut cœli secretis interesset, & Cœli-Regem cum cœli ciuibus frequenter videret.

*Visio
Christi
Patientis.*

*Iudæi in-
star Cico-
marum.*

Hæc tempore quodam Dominicæ PASSIONIS, cum de ipsa meditando valdè contereretur, mente excedens, mox per Spiritum in domum quandam amplam & hyemalem rapta est, in quâ Saluatorem stantem vidit nudipedem, & quasi caprium; & circa illum multitudinem Iudæorum. Stabat autem demisso vultu, sola tunica indutus, atque discinctus, manibus etiam demissis. Tunica eius flauum videbatur habere colorem. Et sicut ipsa deinde retulit, in diuersis angulis domus deni ac duodeni ad instar ciconiarum congregati susurrabant, de morte illius tractantes. Erat autem domus Summi Pontificis in qua acta sunt secundum historiam, quæ huic Ancillæ Dei ostensa spiritualiter, ut essent ad amandum magis Dominum pro se talia Passum stimulus.

*Cæsarius historiar. memorab. lib. 8.
cap. 9.*